

fensione recepimus, confirmantes eorum omnes possessiones et bona, que ex concessione regum, largitate comitum seu baronum et ex dono quorumlibet Christi fidelium iuste et rationabiliter sunt adepti seu iusto titulo dante domino in antea poterunt adipisci. Concedimus insuper, ut libere possint accipere quascumque possessiones et bona, que Christi fideles ipsi monasterio devote obtulerunt, ita tamen quod non sint de feudis seu ad^a servitutes obligata, eximentes monasterium nominatum ab omni inquietatione exactionis et^a indebita molestatione comitum et baronum et aliorum^b, qui ipsum, fratres et bona sua perturbare aut inquietare iniuste presumpserint. Statuimus et presentis privilegii auctoritate mandamus, ut quecumque persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis contra hanc nostram protectionem et confirmationem ausu temerario venire presumpserit, viginti libras auri componat, quarum medietas camere nostre, altera vero passis iniuriam persolvatur. Ad huius autem rei memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium regale^c fieri fecimus sigillo nostre celsitudinis roboratum anno, mense et indicatione subscriptis^d.

Data apud Hagenove anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nono, mense Octobris octave indicationis, regnante domino nostro Friderico secundo, dei gratia illustrissimo Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno Romani regni eius in Germania septimo et in Sicilia vigesimo secundo, feliciter, amen.

Capitel S. Zeno zu Pistoia.

Das Original befindet sich im Florentiner Staatsarchiv. Hiernach hat Ficker die Urkunde herausgegeben¹. Eine mir vorliegende Abschrift, die H. Pabst für die Monumenta Germaniae besorgte, zeigt nur geringfügige Abweichungen. Fast überall gleiche Lücken! Die Schlussworte nämlich aller Zeilen sind unlesbar geworden. Ficker hat zahlreiche Ergänzungen vorgenommen, aber noch immer zu wenige: mehr als einmal bleibt der Text unverständlich. Also habe ich einen neuen Versuch zur Wiederherstellung gemacht: die jedesmaligen Angaben Pabsts, dass ungefähr so- und soviele Buchstaben verschwunden

a) Fehlt. b) *illorum*. c) *reale*. d) *subscripta*.

1) Forschungen zur Reichs- und Rechtsgesch. Italiens IV, 182.